

hominibus pre timore, & expectatione, qua superuenient vniuerso orbi: nam virtutes colorum moriebuntur: 27. & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. 28. His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. 29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores: 30. cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas. 31. Ita & vos cum videritis hac fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. 32. Amen dico vobis, quia non prateribit generatio haec, donec omnia fiant. 33. Caelum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. 34. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitae: superueniat in vos repentina dies illa: 35. tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terrae. 36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quae futurae sunt, & stare ante Filium hominis. 37. Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. 38. Et omnis populus manebat ad eum in templo audire eum.

IN CAPVT XXI.

RESPICIENS autem vidit eos, qui mittebant munera in iactabant considerasse. Illic tota haec a nobis historia explicata est, totum veto reliquum capitulum aduersus gazophylacium sedisse scribit, & eos qui

CAPVT XXII.

APPROPINQUABAT autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: 2. & querebant principes sacerdotum, & Scribae, quomodo lesum interficerent: timebant vero plebem. 3. Intrauit autem satanas in iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim. 4. & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. 5. Et quasi sunt, & pacis sunt pecuniam illi dare. 6. Et respondit. Et querebas opportunitatem ut traderet illum sine turbis. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. 8. Et misit Petrum, & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. 9. At illi dixerunt: Vbi vis parare? 10. Et dixit ad eos: Ecce introcubitibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam phoraz aquae portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicitis patri familias domus: Dicit tibi Magister. Vbi est dixerunt, vbi pascha cum discipulis meis manducemus? 12. Et ipse ostendit vobis cenaculum magnum stratum, & ibi parate. 13. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. 14. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. 15. & ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. 17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. 18. dico enim vobis quod non bibam de generatione vltis, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, postquam canauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 21. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. 22. Et quidem Filius hominis secundum quod desinitum est, vadit: verumtamen vobis homini illi, per quem tradetur. 23. Et ipsi ceperunt querere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. 24. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. 25. Dixit autem eis: Reges Gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, beneficii vocantur. 26. Vos autem vobis sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui praecessor est, sicut ministrator. 27. Nem quis maior est, qui recumbit, nisi ministrat: nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: 28. vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis: 29. Et ego dispono vobis sicut disposui mihi Pater meus regnum. 30. ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedetis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. 31. At autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetuit vos ut tribuaret sicut triticum: 32. ego autem rogauit pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. 33. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. 34. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abueges nosse me. Et dixit eis: 35. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calcamentis, nunquid aliquid desinit vobis? 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similitudinem & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Et enim ea, quae sunt de me, sine me habent, 38. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, Satis est. 39. Et egressus tunc secundum consuetudinem in Montem Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. 40. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem. 41. Et ipse auulsum est ab eis quantum iactus est lapidis, & postis genibus orabat, 42. dicens: Pater meus, transi calicem istum a me: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. 43. Apparuit autem illi Angelus de caelo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. 44. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. 45. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes pro tristitia. 46. Et ait illis, Quia dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. 47. Adhuc eloquente ecce turbas, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu ut oscularetur eum. 48. Iesus autem dixit illi: Iuda osculo Filium hominis tradis? 49. Respondit

dentes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percussimus in gladio? 50. Et percussit vnus ex illis Ieruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. 51. Respondens autem Iesus, ait: Stante vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. 52. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladij, & suis? 53. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. 54. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur a longe. 55. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 56. Quem cum vidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen, & eum suscepit intuita, dixit: Et hic cum illo erat. 57. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. 58. Et post pusillum alius videns eum dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum. Et intervallo facto quasi hora vnus, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat: nam & Galileus est. 60. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit Gallus. 61. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. 62. Et egressus foras Petrus slevit amare. 63. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cedentes. 64. Et velauerunt eum, & percussit eum faciem eius: & interrogabant eum, dicens: Prophetiza, quis est, qui te percussit? 65. Et alta multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribae, & duxerunt illum in concilium suum, dicens: Si tu es Christus, dic nobis. 67. Et ait illis: Si dixeris vobis, non creditis mihi: 68. si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. 69. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. 70. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. 71. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

IN CAPVT XXII.

APPROPINQUABAT autem dies festus azymorum. Post duos dies futurus, vt declarat Mattheus cap. 16. 2. vbi omnia, quae scribit Lucas vsq; ad versum 28. exposita a nobis sunt. 28. Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis. Hac Lucas vobis loco praetermissa, hic recordatus commemorat. Nam et Mattheo cap. 10. 20. manifestum est totam inferiorem historiam de discipulorum contentione, quis eorum maior esset, antequam Ierolimam ingrediretur, accidisse, cum in via essent, & mater filiorum Zebedaei ad Christum accessisset, petissetque vt alterum filiorum suorum ad dexteram, alterum ad sinistram suam in regno suo collocaret. Ea enim occasione, & obmurmuratio aduersus filios Zebedaei, & contentio inter reliquos Apostolos orta est, quis eorum in regno caelorum maior futurus esset. Quos a versu 25. Christus est ad humilitatem adhortatus, quae exhortatio apud Mattheum a nobis explicata est. Addit solus Lucas, Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis. Quae verba an tunc dixerit Christus, cum superiora humilitatis documenta discipulis tradidit, non satis comperat est. Videtur enim haec illis, quae Mattheus cap. 19. 28. dicit, adeo esse similia, vt eodem loco dicta videri possint. 29. inquit, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Sed multo est probabilius dicitur esse sententiam, illam, quae occasione illius contentionis, vers. 29. Omnis, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet: & Petri dicens, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis haec autem propter discipulorum contentionem facile pronuntiatur. Cum ergo quo quisque in futuro regno Christi futurus esset loco, discipuli contentiones: vt contentioem tollerent, omnes indicauit: quodam modo futuros pares: omnes enim ad mensam suam sedulos esse, omnes eundem esturos panem, omnes idem vini bibituros, omnes futuros iudices: & suo quoque loco seduros throno. Nec id fauore vt putant, sed meritis, sed patientia, sed perseverantia in rebus secundum duris confecturos. No quia operatus, inquit, no quia petitis, sed quia permanistis mecum

Ad Heb. 4. 15.
 Distinctio, id est restamento la. gare.
 P Sicut

IN CAPVT XXIII

1. Surgens enim in multitudine eorum duxerunt illum ad Pilatum. Ipso die Pasche mane simulatque factus est dies, ut dixit superiore capite ver. 66. Transiit autem Iudaei diem festum Pasche, qui eo anno incidit in pridie sabbati in sabbatum ipsum, ut pro-

CAPVT XXIV.

Mar. 18. a. 1. Mar. 16. 4. 2. Ioan. 10. a. 1. Mar. 17. d. 11. Mar. 9. e. 31. Sep. 9. a. 12. Mar. 16. c. 12.

1. **V**NA autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes, quae paraerant, aromatata. 2. Et inuenerunt lapide reuolutum a monumento. 3. Et ingressi non inuenerunt corpus Domini Iesu. 4. Et factum est, dum mente conseruata essent de Iesu, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. 5. Cum timentem autem, et declinarem vultum in terram, dixerunt ad illas. Quid queritis viventes cum mortuis? 6. non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset. 7. dicens: Quis oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et die tertia resurgere. 8. Et recordatae sunt verborum eius. 9. Et regressae a monumento nuntiaverunt haec omnia illis undecim, et ceteris omnibus. 10. Erat autem Maria Magdalene, et Ioanna, et Maria Jacobi, et cetera, quae cum eis erant, quae dicebant ad Apostolos haec. 11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista. Et non crederunt illis. 12. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: et procurbens vidit linteamina sola posita, et abiit secum mirans quod factum fuerat. 13. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. 14. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus, quae acciderant. 15. Et factum est, dum fabularentur, et secum querebant: et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. 16. oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. 17. Et ait ad illos: Quis sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, et estis tristes? 18. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, et non cognovisti quae facta sunt in illa his diebus? 19. Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, et sermone coram Deo, et omni populo: 20. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum. 21. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: et nunc super haec omnia, tertia dies est hodie quod haec facta sunt. 22. Sed et mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum. 23. Et, non inuenio corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. 24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. 25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sumus prophetae! 26. Nomen haec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? 27. Et incipiens a Moysae, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. 28. Et appropinquauerunt castello quod ibant: et ipse se finxit longius ire. 29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduersa sperasit, et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. 30. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis. 31. Et aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eum: et ipse euauit ex oculis eorum. 32. Et dixerunt ad invicem: Nomen cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas? 33. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: et inuenerunt congregatos undecim, et eos, qui cum illis erant. 34. dicentes: Quod surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni? 35. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via: et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. 36. Dum autem haec loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. 37. Conuersati vero, et conterriti, existimabant se spiritum videre. 38. Et dixit eis: Quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra? 39. Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum: palpate, et videte, quia spiritus carnis, et ossa non habet, sicut me videtis habere. 40. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, et pedes. 41. Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus pro gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetis? 42. At illi obtulerunt ei partem piscis asii, et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. 43. Et dixit ad eos: Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essetis vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et Psalmis de me. 44. Tunc aperuit illis sensum, et intellexerunt Scripturas: 45. et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die: 46. et praedicari in nomine eius penitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem. 47. Vos autem testes estis horum. 48. Et ego mitto promissum Patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto. 49. Edixit autem eos foras in Bethaniam: et eleuatis manibus suis benedixit eis. 51. Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in caelum. 52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: 53. et erant semper in templo laudantes, et benedicentes Deum. Amen.

IN CAPVT XXIV.

1. **V**NA autem sabbati, id est, hebdomadis, quae diei nostro Dominico respondebat. Omnia sunt apud Mattheum c. 28. explicata usque ad verbum 13. 13. Et ecce duo ex illis, 1] Prima hoc loco occurrit questio, quoniam illi duo discipuli fuerint. Altera, ex quorum discipulorum fuerint numero. Prima autem questio multiplex est. Primum enim quaez potest, an illi duo discipuli, de quibus Lucas scribit, illi iude sint de quibus Marc. cap. 16. 12. Deinde quis fuerit ille Cleophas, quem Euangelista ver. 18. alterum eorum fuisse dicit. Tertio loco, quis alter fuerit, qui ab Euangelista non nominatur. Quarta pars quaestionis, ne in dubium quidem venisset nisi Euehy, ceteroqui bonus auctor in commentariis in caput Marci 16. absurdum eorum vocasset opinionem, qui eodem hos, atque illos esse putarent. Cuius opinio magis omnibus bonis auctoribus absurda visa est, et quod est noua, et insolens: et quod tenuissimis coniecturis nixa. Quod enim argumatur, illis de quibus scribit Marcus renuntiantibus se Christum vidisse, Apostolos non credidisse Marc. 16. 13. his vero, de quibus Lucas non credidisse modo: verum inuenientes ab illis inter se colloquentes, affirmantesque surrexisse Dominum, et a Simone visum fuisse. Ita ver. 33. et 34. itaque illos ante, hos postquam Simon Dominum vidisset, vnde cum discipulis anuntiauit sibi Dominum apparuisse, leue est. Nam ver. apud Mattheum in cap. 28. docuimus, in illo numero vnde cum discipulorum, cum Petrus narrauerat se Dominum visum esse, alios credidisse, alios dubitasse verum esse, ut non omnes homines eodem ingenio sunt, et ad credendum aequo propenso. Vterque igitur Euangelista Iyslepsi, aut tyneodoche vius est, quae quod vnus, aut pauci ex aliqua congregatione faciunt, tota congregatio dicitur facere. Marcus dicit Apostolos his duobus discipulis non credidisse, quia aliquid non crediderunt: Lucas dicit inuenientes ab illis Apostolos affirmantes surrexisse Dominum, et a Simone visum fuisse, quia aliquid id affirmabant. Quod quamuis contrarium esse videatur, non magis contrarium est, quam si vnus Euangelista dixisset latrones, qui cum Christo crucifixi erant credidisse, quia vnus credidit, ut ait Lucas alter non solum non credidisse, sed etiam blasphemauit, ut Mattheus dixit, quia vnus eorum blasphemauit. Secunda pars quaestionis erat, quis ille fuerit Cleophas, quae Lucas alterum ex illis duobus discipulis fuisse tradit. Auctores inuenio, qui Iosephi sponi Mariae fratrem fuisse dicunt: sed auctores non maximae apud me fidei. Facilius Heronimo crediderim, qui in Epitaphio Paulae ad Eutochium castelli Emmaus, quo tunc ibat, ciuem fuisse indicat. In eius enim domo Christum ea nocte ex epum in fractione panis ab illis cognitum dicit, etiam quod in Ecclesiam dedicasset. Rem facit probabilem, quod creduibile sit eum in domum suam tristem se recepisse, quod de Christo quid ad eum post mortem esset, ignota, et cum mulieres affirmassent, se eum in sepulchro non reperisse, quodque Christum ad hospitium inuitant, Mane nobiscum, quoniam aduersa sperasit, aliquid est indicium eos domi fuisse suae. Sed verum Cleophas an alterius, qui cum eo erat, discipuli fuerit, (nam et illius esse potuit) incertum: nisi quod Hieronymus auctoritas facit, ut potius Cleophas, quam alterum non fuisse credere debeamus. Dorotheus in eius vita Simonem cognominatum, et Christi consobrinum fuisse tradit, sed ut alibi monui, suspecta mihi est eius auctoritas fides. Magis dubia est pars tertia

quaestionis quis Cleophas comes fuerit, qui ab Euangelista non nominatur. Ambr. lib. 7. in Lucam c. de vigilia Pasche, et negligentia seruorum, et lib. 10. c. vltimo Amaonem vocat, ex ipso opinor, quo ibant pagus. Itaque ciuem eius fuisse oppidi videtur existimare, hinc Hieronymus Cleophas. Origenes initio commentariorum in Ioan. Simonem appellat. Epiphanius haeresi. 32. Nathanaelem fuisse dicit. Gregorius in praefatione in lib. Job c. 2. Simoem Metaphrastes in vita Lucae, iteque Dorotheus in vita Cleophas, Theophylact. hoc loco, et Nicephorus lib. 1. c. 34. Lucam ipsum, qui scribit, fuisse dicunt, non alia coniectura, quantum ex Gregorio quidem colligere nobis licet, nisi quia non nominatum nominatum enim fuisse, si fuisset alius, suo vero nomini modestie causa peperisset, eum sacris scriptoribus esse morem, ut se cum aliquo de se narrat, nominatim noluit: sed tanquam de aliis de loquantur, saepe id Ioannem facere. c. 13. 23. et 18. 15. et 20. 2. et 21. 24. Si auctorum numero estimanda sententiae essent, haec nimium vinceret. Sed quemadmodum in praefatione in Lucam diximus, ex ipso Luca non obscure colligitur nunquam eum vidisse Christum, praeterquam quod graues auctores affirmant, quos eo loco citauimus. Inter ceteras opiniones difficile iudicium. Si antiquitate res dubia finitur, Origenes vincens in iudicio, diligens, et grauiate testium, Epiphanius vir eruditus, et moxime leuis ad credendum ingenij. Ambrosius non sua auctoritate, sed aliorum etiam auctoritate monere potest: nec enim mihi facile persuasero dixisse eum, quod apud alios non legitur auctores, si bene hominis ego ingenium persequar habeo. Secunda questio adeo fortasse facilis a nonnullis iudicabitur, ut ne questio quidem esse videatur. Neminem enim legi, aut audiri, qui non pro certo haberet hos duos ex numero fuisse septuaginta duorum discipulorum: cum ab Euangelista discipuli vocentur, et ex duodecim non fuisse constet, quorum vnus Iudas iam felsequo praefocauerat: vnde cum ad credendum duodecim Apostolos: sed alios etiam innumerales discipulos habuit, ex quorum numero hi duo esse poterunt. Nam et Ioseph ille ab Arimathea discipulus erat Christi Ioan. 19. 38. constat tamen nec ex Apostolorum, nec ex septuaginta duorum discipulorum numero fuisse, cum ocellus, ut ait Ioannes, fuerit praeter metam Iudaeorum. Nec enim ocellus fuisse, si ex septuaginta duorum discipulorum fuisset numero qui adeo non erant ocellus, ut publice eum praedicasset, supra cap. 10. 1. Quod dicit, Ecce, rem discipulis casu indicat accidisse, ut quo momento temporis ipsi eo irent, Christus quoque, quem peregrinum putabant, eodem iter intendens nec opinantibus adhaereret. Et si Christo non casus sed prouidentia fuit. Itaque loquitur Euangelista persona quodam modo discipulorum, qui eum casum esse fortis tunc putauerunt.

1] ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. 1] Ipsi autem diem vocat, quae res intererat, quae mulieres ad sepulchrum iterant, nec eius in eo corpus inuenerant, regresseque discipulis indicauerant, quae acciderant, omnia, quae supra narrauerat. Quod castellum, hoc est pagus, quod non solum nominat sed situm erit, et distantiam ab Ierusalem delucubat, facit historice, ut rei, quae narrat, fide confirmet. Agebat enim de Christi resurrectione, quae

Quidam illi duo discipuli fuerunt.

Ex quorundam discipulorum numero fuerunt hi duo.

rotius Evangelij, quod scribebat summa erat, etaque
modis omnibus corroboranda. Eum pagum Hieron.
in epitaphio Paulæ ad Eustochiam describit, suoque
tempore Nicopolim appellatum dicit. Stadium octa-
viam partem fuisse miliaris nemo nescit, & nō modo,
qui literas tractant humaniores, docet, sed Beda hoc
loco etiam admonuit. Itaque sexaginta stadia erant sep-
tem miliaria, & semis, leucæ, vt Galli vocant, citci-
ter tres.

14. *Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ
acciderant.* De morte Christi, de mulierum ad sepul-
crum iritione, & quomodo corpus nō inuenissent. Lo-
quebantur autem quærentes exitum rei, quod illa om-
nia, quæ acciderant, sibi vellent, num resurrexisset
Christus, cum iam in sepulcro nec mulieres, nec Pe-
trus reperissent, nescientes quam in partem id inter-
pretarentur. *Loquebantur, inquit August. serm. 144. de
tempore, de iis quæ acciderant in Ierusalem, de iniquitate
Iudeorum, de morte Christi, ambulabant fabulantes, & quasi
mortuam dolentes, resurrexissent nescientes. Disputandi cau-
sa incredulitas erat: facile enim credentibus fuit quæ-
sitionem solvere Christum, sicut ante mortem suam
prædixerat, resurrexisset. Sed mirum quam acuti ad nō
credendum disputatores simus.*

15. *Et factum est.* Accidit, casus enim significatur nō
quidem Christo, qui id cōsilio, providentiaque faciebat,
vt dubitantes de sua resurrectione discipulos cō-
firmaret: sed discipulis, qui nihil minus cogitabant,
quam vt sibi Christus appareret. Vide quæ diximus de
particula ecce ver. 13.

Dum fabularentur, & secum quærent. Gr. *ἄνευ*
αὐτῶν, ἡ ἐκ τῶν αὐτῶν, cum inter se colloquerentur, at-
que conquærent, id est disputarent, quia ratione fieri
posset, vt Christus in sepulcro non fuisset inuentus.
Hoc est *ἄνευ αὐτῶν* quod noster interpretis solet reddere,
conquirere, vt *Matth. 27. & 8. 11. & 9. 10. 14. 16. & 12. 28.
& Act. 15. 7.*

Et ipse lesus. De quo loquebantur. Hanc vim ha-
bet coniunctio &, & pronomen ipse, *ὃς ἀὐτῶν ἰς τὴν οἴκον*
ἐγγύσιον, quod Latino proverbio dicitur solet, *Lupus est in
fabula.*

Appropinquans ibas cum illis. Indican hęc verba ni-
hil vidisse, nihil sensit, nihil cogitasse discipulos, donec
Christum secum in via ambulantem viderunt. Non
accessisse Christum paulatim discipulos citatio-
re consecutum gradus: sed subito, vnoque momento,
quasi cum illis pariter ambulantem apparuisse. Di-
cit autem appropinquasse, quia ita apparuit, quasi po-
ne eos excutus, consecutus esset: pone enim appropin-
qussse credendam est, vt non Christus, aut spiritus, qui
sele illis ostendisset: sed peregrinus quispiam, qui eo-
dem tenderet, videretur. Morale est, quod hoc loco
scribit Beda, *Loquentes de se Dominus appropinquans
comisabatur, vt & fidem suam resurrectionis eorum mētibz in-
cendat, & ocula sua presentia maiestatis semper se, quod
promisit, impleretur designet, Vbi enim sunt duo vel tres
congregati in nomine meo, sibi (ait) sum in medio eorum.* Si
loquentibus de se Dominus non satis adhuc credentibus
adesse, quanto magis aderit illi, qui de ipso nō du-
bitantes, sed credentes: non vt discerent, sed vt lau-
dent, colloquantur?

16. *Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.*
Vulgatis hęc quæstio est, quam duobus locis diuersa
sententia tractat Augustin. *epist. 59. ad Paulinum, q. 8.*
& lib. 3. de consensu Evangelistarum, cap. 15. qua ra-
tione factum sit, vt Christum discipuli non agnosce-
rent, vt iam quia ipsorum oculi impediti diuinitus te-
nebantur, vt indicat Lucas: an quia adeo mutata illis
apparuit corporis effigie, vt etiam si liberis essent o-
culi, cognoscere non possent, vt significat Marcus cap.

16. dicens *in alia effigie ostensum esse discipulis, Calu-
iniani heretici sine conclamatione respondent discipu-
lorum oculos, non Christi corpus fuisse mutatum.*
Quod si non alia de causa diceretur, essent quæ id Eu-
angelista videre significare, nō essent magno opere re-
prehendendi. Nunc autem cum id propterea dicant,
vt iam de Eucharistia hæresim teneant, non posse
Christi corpus in eo esse sacramento, cum non tanga-
tur, non videatur, tamque proprium corporis huma-
ni sit tangi, atque videri, vt, quod nō tangitur, ac vide-
tur, presens cum sit, ne corpus quidem sit: intolerabi-
lis est error. Nam vt rationem ratione refutemus, tam
propriū & naturā oculis sanis, atque valentibus
est corpus presens videri, quam videri, corporis. Itaque
si potuit Christus oculos impedire, ne videret, potuit
& corpus impedire, ne videretur: aut vt visum aliam
partem se ferens formam non cognosceretur. Nam cum
per mediam Ierolysolimorum urbem transiit, vt ad
Apostolos in vnam congregatos domum ingrederetur,
à nemine vti que per urbem aut visum, aut agnitus est,
cum credibile nō sit nullo Evangelista dicente omni-
um impedire fuisse oculos. Et cum Magdalena hor-
tulani visus est forma, Ioan. 30. 15. nō vti que in mulie-
ris oculis, sed in Christi corpore mutatio facta est: tan-
tum quæ abest, vt hoc loco ipsorum de Eucharistia er-
ror confirmari possit, vt maxime testatur. Illud enim
ipsum factum, quod narrat Euangelista, Eucharistia
erat exemplum. Nam vt illic discipulis, ita hęc aliam
formam, quam qua re vera est, nō obis appareret. Et vt illic nō
credentibus discipulis, ita re ipsa presens aderat, vt
longe abesse, quia non cognoscebat, putaretur, creden-
tibus autem in fractione panis, & re vera, & opinio-
ne fuit presens: ita nunc in eo sacramento quamuis
presens re vera sit, tamen Caluinianis non credentibus
absens: nobis credentibus, ac venerantibus presens est.
Magis q, in ipsis, quam in discipulis eorum opinio ve-
ra est, propterea ipsos Christum in Eucharistia præse-
ntem non cognoscere, quia fidei ipsorum oculi tenen-
tur, aut quia nullam, vt dicam melius, habent fi-
dem. *Ambulabat cum illis,* inquit Augustinus *serm. 144.*
de tempore, quasi contra Caluinianis scribens, susci-

pitur hospitio, panem frangit, & cognoscitur. Et nos non di-
camus, quia Christum non cognouimus; nouimus, si redi-
mus. Verum est, nouimus, si credimus: habemus si credimus.
Agnouit fidelis, qui autem Catechumenus est, ignorat. Nemp-
e non licebat Catechumenis Eucharistiam aut reci-
pere, aut videre. Algeris quoque disputans contra I-
storum magistrum Berengarium lib. 2. cap. 5. ad Eu-
charistia sacramentum recte hunc locum accommo-
dauit. *Sicut, inquit, in Emmau peregrinus in fide peregrini
apparuit: sic nobis peregrinus in mundi exilio peregrina,
& exivansa sibi apparet specie in sacramento: vt quia quod
in nobis exterius apparet, mortale est, mortalitatis cibum ipse
exterius videatur, cum tamen per ipsum, qui immortalitatis
est alimentum, intus vere & invisibiliter morti eternam sanetur.*
Ergo hoc fixum maneat, siue propterea Christum disci-
puli nō cognouerint, quod eorum oculi fuerint impe-
diti, siue quod Christi in dissimilem formam muta-
tum corpus: tamen vere Christum corpus suum eius
salva natura mutare potuisset, & non mutato corpore
efficere, vt liberis etiam, & non mutatis oculis aut
non videretur, aut non cognosceretur. Quæ omnia
nou heretici negant. Quo posito fundamento de ipsa
nunc quæstione disputemus, vtium oculi discipulo-
rum, an corpus Christi, ne ab illis agnosceretur, muta-
tum fuerit, Augustinus *epist. 59. Beda, & Theophylas
hoc loco, & Algerius,* quem paulo supra citauimus,
in Christi corpore mutationem factam putant.
Quod Marcus plane dicere videtur. Nam quamuis
dicit *in alia discipulis effigie apparuisse, intelligi possit*

Caluiniani
refutantur
errorem de
Eucharis-
tici stabi-
litate.

Catechu-
menis Eu-
charistiam
sumere non
licebat.

non re quidem vera, sed sola videntium opinione
aliam illis effigie obiectis, quemadmodum inter-
pretati quidam sanctam enim minime dubium est, quin
alter sentius magis Evangelista verbis confertatus sit,
si nihil impedire probauerunt. Et eodem modo
quod Lucas dicit, interpretari nobis licebit, *Oculi eor-
um tenebantur,* non quod re vera tenebantur, sed quod
non magis Christum agnoscerent, quam si tenerentur.
Quemadmodum cum paulo post appeti illis o-
culi fuisse dicuntur, non vti que vere apertos fuisse
significatur, sed ita Christum tunc cognouisse, vt ante
clausi, tunc aperti fuisse videntur. Alio tamen
loco idem Augustinus libro 3. de consensu Evangelista-
rum, capite 25. oculis discipulorum videtur tribue-
re mutationem, quod id Lucas significare videtur.
Quamuis minus appetit hoc August. hoc loco, quam
illud illo dicit: dicit tamen aperte Hieronymus in
epistola ad Pammachium aduersus errores Ioannis
Ierolysimitani. Non video, cur cum vnus Euangeli-
sta hoc, alter illud dicat, & alij auctores hoc, alij illud
affirment, non vti que factum dicamus, & mutata
corporis forma Christum apparuisse, & impeditis
simul fuisse discipulorum oculos, ne ea forma Chri-
stum agnoscerent. Nec enim adeo fuisse mutatam,
vt à non impeditis oculis cognosci non posset. Sed,
vt ait Augustinus, quemadmodum in transfiguratione
mutata est: ita tamen mutata, vt effigies, & linea-
menta eadem, color diuersus appareret. Et sicut vnus,
eadem quæ hominis alia pueri, alia iuuenis,
alia viri, alia senis forma est. Nam præterquam quod
eiusdem corporis Christi aliam hoc modo potest resur-
rectionem in glorificari, quam ante patibulis, atque
mortalis factam fuisse necesse est: quemadmodum
& nostrorum corporum aliam post resurrectionem
formam fere testatur D. Paulus 1. Corinth. 15. 42. 43.
Videmus etiam Christum quoties se post resurrectionem
ostendit, diuersa quam ante erat, ostendisse
forma. Nam Magdalena hortulanam putauit, Ioan.
20. 15. & discipuli spiritum esse, infra ver. 37. cum illic
non dicatur, aut Magdalena, aut discipulorum o-
culos fuisse reos. Quid ergo attinebat, diceret aliquis,
cum vnam satis esset, duo facere miracula? Respon-
deo vnium fuisse, non duo, quod discipulorum oculi
tenebantur. Nam quod aliam Christum post resurre-
ctionem haberet formam, non miraculo, sed natu-
rali glorificati corporis qualitate factum est. Alia hinc
oritur quæstio, cur Christus discipulorum tenuerit o-
culos, ne ab ipsis cognosceretur. Quam enim ob
rem ipsis sese ostendebat, si cognosci volebat? Quam-
ob rem hinc volebat, eorum tenebat oculos? Multa
est res probabiles rationes afferri possunt. Noluit ab
illis intro cognosci, vt eorum exploraret fidem, quam
etiā, quia Deus erat, habebat cognitam, experiri
tamen volebat humano more. *Qui sunt, inquit, his ser-
monibus, quos eos seruus ad invicem ambulantes, & estu tristis?
Noluit nisi à credentibus agnosci, quia semper ve-
rum est illa: nisi enim crediderint, non intelligunt. Tenuit eo-
rum oculos, dum de ipsis resurrectione dubitabant,
dum fabulabantur, dum quærebant, dum de fide dis-
putabant: aperuit, cum explicatis à se scripturarum
testimonis crediderint. Voluit eos specie docere pe-
tegrini, quo plus credentes haberent meriti: quid e-
nim fecissent magni, si viso, cognitoque Christo ne
docerent quidem, sed se tantum ostendenti credidissent?*
*Opportebat, ait Augustinus sermone 144. vt melius
cor inflecteretur. Cognitio differat, quare ab eis, qui
inter se loquuntur, vt quod ipse sciebat, illi facerentur.
Voluit scripturarum cognitione eorum ad creden-
dum animos præparare. Si enim ante quam scripturis
doceat opposuisse Christi mori, & à mortuis: elar-*

gere, repente se illis obieciisset, etiam si formam agnos-
uissent, ipsum tamen esse fortasse non credidissent,
quod & nōnullis paulo post ex vnde decem discipulis esse
gimus accidisse, qui cum, cum vidissent spiritum esse
putauerunt. Possunt hæc facile ad motes nostras accom-
modari. Nam vt tunc Christus cum duobus il-
lis discipulis esset, ita se nunc nobiscum docere genere.
Sepe se paulatim per caritas, & obliuiscutionem
in animos nostros insinuat, ita profusus, vt loqueretur
nobis eum non agnoscamus. Emollit tamen nos tra-
gis ac magis, & nobiscum taciens loques nostris sen-
tum animos inflamat. Cognoscimus, cum scripturas
audimus, cum panem frangimus. Cognoscimus eum
Ecclesiam, cum Cōcionis iactas, cum Sacramēta reser-
quætamus: cum eum, quem peregrinum putabamus,
corporis, animique nostri hospitio recipimus.

17. *Qui sunt his sermones, quos conseruit ad invicem, &
est u tristis?* Indicatur, antequam illos omnino conie-
queretur, ipsorum inaudisse sermones, sed quid tibi
vellent, non satis intellexisse, vt fieri solet, cum paulo
longius loquentes audimus, vt verba quidem hauria-
mus, sensum vero non intelligamus. Sciebat nimirum
Christus, quid loquerentur, sed propterea rogat, vt id
peregrinū simulet, & vt anam amplius de sua loqui-
di eos quæ docendi resurrexerit. Propterea addit, *&
est u tristis.* vt vluc tangat, vt ostēdat se aliquod habere
eorum, quæ loquerentur, iudicium, & vt significet
se consolari eos velle, quo facilius, liberiusque qua de
te loquerentur, declararet.

18. *Et respondens vnus, cui nomen erat Cleophas.* Alter
eorum. Quod nominatur, scilicet historicæ, quo plus fidei
nominata persona conciliet historię. Quis iste fuerit
Cleophas, quis alter, quem Evangelista nō nominat,
discutimus supra ver. 13. Potest quæri, cui nō eum
alterum nominauerit? Gregorius, & ceteri, qui alterum
Lucam fuisse putant, facile respondent eum delictig
causa fecisse, ne gloriari videretur sibi Dominum ap-
paruisse. Ceterum nobis, qui eam supra opinio-
refutauimus, alia solutio querenda est Respondere pos-
sumus non nominasse, quia commodum non fuit. Nā
supra quidem ver. 13. vbi nominare potuit, ne Cleo-
pham quidem, quæ modo nominat, nominauit, qui
non iudicaretur, in promptu est ratio: non de illo, sed de al-
tero, quem nominauit, loquebatur.

In solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti,
que facta sunt illa in his diebus. Duplicem hæc verba
habere posse omnes vident. Alter est, vt non re-
prehensio, sed excusatio potius sit, que si dicant, mirū
non esse, si ille solus rem gestam ignoret omnibus no-
tam, cum solus sit peregrinus, quia ea, quæ in re publi-
ca gerantur, scire non debet. Quem sensum Beda,
& Theophylas, & plerique omnes interpretes se-
cuti sunt. Alter est, vt sit reprehensio, quasi dicant,
nemo est in Ierusalem, ac ne peregrinus ego, qui
hæc ignoret, præter vnum te. Quem verum ego sen-
sum esse arbitror. Nam et si potest verbum, a *αεζῆτον*,
Hebraice, vt quidam volunt, more idem significare,
quod habitatorem esse, tamen cum proprie significet
hospitem, & peregrinum esse, non est, quod ab eius
proprietas dicendum Præsertim, cum sensus magis
sit emphaticus. Nec enim dubium est, quin voluerit
Cleophas hominis, quem peregrinum putabat, igno-
rantiam simul exaggerare, atque reprehendere. Itaque
nec falsa, nec vulgaris opinio est Christum duobus il-
lis discipulis peregrini specie apparuisse. Nam & id
verba proprie significant, & Augustinus sermone 144.
& Beda, atque Theophylas in commentariis grates
auctores tradunt: & ex ver. 20. colligi videtur
posse: & ratio ipsa postulat, vt peregrini appareret
forma,

Mat. 18. 10

Eos disci-
pulos, o-
culos re-
miserit
Christus.

Ver. 17.

Mat. 7. 9
exultat et
fuerit de
paragone

Corales
vni die
potest esse
sicut

forma, vt cum ipso dno illi discipuli sermones com- nicanent. Nam h iudgem esse parauissent, no fallent aut coram illo de Christo loqui.

19. Quibus ille dixit, Quae? Simulat etiam nam se rem gestam ignorare, & quasi ignorantiam confessus, indicat se doceri velle, libenterq; auditurum esse, quo magis ad narrandum inuitet.

Et dixerunt, Vnus tantum loquebatur Cleophas sed qua pro se, & pro altero loquebatur, plurali numero dicit Euangelista dixit. Et si fieri potest, vt initio solus Cleophas post vero ambo locuti fuerint.

De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo. Repetendum est, ex superiore versu verbu, Quae scilicet sunt illa die bis diebus de Iesu Nazareno, id est circa Iesum Nazarenu, Aut illud ex versu 17. Qui sunt hi sermones? quod magis conuenit. Magnis quidem, sed humanis, non diuinis prophetis de Christo loquitur: nihil enim supra verum Prophetam fuisse dicitur, siue quod non ddm de illo maiore credidissent: siue, quod est p probabilius, quia neclucrua maiora de illo homini peregrino fortasse non crederent declarare. Quo enim modo homo peregrinus, qui ne, an Christus quidem vnquam fuisse, scire videbatur, quem crucifixum audebatur, & vt promitteret, nodam resurrexisset. Denique est credidisset? Virum tamen prophetam vocant, & potentes opere, & sermone, id est miraculis atque doctrina, coram Deo, & omni populo, hoc est, Dei hominum q; iudicio, ac testimonio: quo miserabilior eius historia, & mirabilior videatur, virum talem, ac tantum tam indigne a summis sacerdotibus, & principibus Iudaeorum, qui eum maxime honorare debuilent, fuisse crucifixu. Hanc verba singulari vim habent.

20. Ex quomodo eum tradiderunt semini sacerdotibus, & principibus nostris. Intelligendum est idem verbum, quod superiore vt sermone nostri erant de Iesu Nazareno, & quomodo eum tradiderunt. Quomodo a summis sacerdotibus traditum dicant, cum summus sacerdos non nisi vnus fuerit, ex iis que diximus Mat. 2.4. led et intelligit. Quod autem dicant, & principes nostros, principes appellantes fuos in dicitur existimare se eum, quo cum loquuntur, esse peregrinum, quasi non illius, sed ipsorum principes fuerint, qui Christum tradiderunt. Nam et si non ignoro posse senium esse principes nostri trium, tamen illud verba magis pra se ferunt. Principes vocant פְּרִינְטִים, familiarum principes, qui praecipuum inter Iudaeos auctoritatem habebant. Tradidisse dicunt in damnationem mortis, & crucifixum, quia Pilato damnum morte, crucifixum dum que tradiderunt, quamuis ipsi non crucifixi erant, vt supra 9. 44. & 18. 32. & 23. 1. & 2. 4. 7. & Matt. 17. 22. & 20. 19. & 26. 2. & 23. & 27. 2.

21. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Quasi dicant iam non speramus, cum illum videamus esse crucifixum, tertium que iam esse diem, quo se resurrexerunt dixerat. Duplici in errore versabantur, quod autem D. Paulus. Cor. 1. 23. Crucem Iudaeis scandalum, gentibus stultitiam esse. Non satis fuerat Christum illis tam saepe mortem suam, resurrectionem que praedixisse: ne cum eveniret, fide mutarent, ipsa eius confirmati predictione. Locos superiore versu notauimus.

22. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quia illi ratione dubitabant, eadem ipsorum Christus dicitur habere curabatur, eadem non credebant resurrexerunt, aut verum esse Christum, qui tam ignomi-

terquam quod fieri non videtur posse, vt mortuus resurgat, accedit quod tertia iam post mortem est dies, & no resurrexit, vt nulla reliqua spes esse videatur fore, vt resurgat: Si enim resurrexerunt esset, iam resurrexissent, cum se tertia die dixisset resurrexerunt. Mirum quam subtiliter incredulitas contra fidem disputare soleat. Primum tertia dies venerat, sed non abierat. Dein qui sciebant nondum resurrexisset? Constat tamen ex iis, que sequuntur, exiguum aliquid spei adhuc illis, cum haec dicebant, retinuisse.

22. Sed & mulieres quadam ex nostris terrerunt vos. Mulieres ex suis vocant, quae Christum quemadmodum ipsi loquebantur, non, vt Euthymius ait, nostrae, quasi ipsorum fuerint vxores. Quamquam nostram etiam ille interpretationem probat. Quid autem est, Terrerunt nos, cum non terrore, sed singulari gaudio eos perfunderet tam leu nuntio de seculo: Gece est & quomodo huc, quod proprie est attonitio nos, & dubios animi reddidit, fecerunt que, vt antepites inter infidelitatem, & fidem: inter metum, & spem vacillauerunt. Nam vna quidem ex parte vix hominem tam ignominiosam extinguit morte resurgere potuisse credimus, tertio praesertim post die. Ex altera vero parte spem nobis aliqua resurrectionis eius mulieres quendam ex nostris iniecerunt, quae, cum sepulcrum inuiserint, affirmant se non reperiisse corpus, quin videlicet angelos, qui illam testentur resurrexisset. Hoc etiam Theophylactus obseruauit melius, quam Euthymius, qui interpretatur, attonitos nos reddiderunt incredulitas narrantes. De mulieribus & angelis apud Mat. 28. d. seruiamus.

24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt. Sicut mulieres dicuntur. Petrus, & Ioannes, Ioan. 20. 3. confirmatio est testimonij mulierum, vt mirum sit eos non credidisse, cum suam ipsi & mulierum, & duorum discipulorum, & angelorum testimonio incredulitatem arguerit. Nec fine causa Christus exprobatit incredulitatem eorum, & dixit: cor cordu, quia ijs, qui uiderunt eum resurrexisset, non crediderunt, Mar. 16. 14.

25. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, qua locuti sunt Propheta. Id est, omnia que locuti sunt. Constructio Hebraica, vt, Noli amuliam in malignis iudicibus, id est maligantibus. Aut in omnibus, id est, non obstantibus (vt ita loquitur) omnibus, quae Propheta locuti sunt. Stultos, & tardos vocat, qui tot no crederent testimonij, qui que ideo non crederent, ne stulti, & tardi uiderentur. Haec enim summa haereticorum sapientia est, no facile credere, nec melius reselli possunt, quam si, qua ratione prudentes non credendo sibi uidentur, ea stultos eos, & tardos appellemus. A magnae quidem stultitiae, & tarditatis ingenij est, suo magis ingenio credere, quam Deo. Nondum se Christus illis cognoscendum ostendit, vt non tantum suam, sed tantum alienam causam agens magis persuadeat, & vt pudeat homines Iudaeos, ac discipulos Christi de Christo no credere, quod hominem, vt apparebat, alienigenam, & peregrinum non solum credere uiderent, sed docere etiam ac predicare. Nec reprehendit eos, quod Christo ipsi, sed quod Prophetis de Christo locutus non crederent. Quia de Christo ipso dubitabant, an uera dixisset, & non erat argumetum loci sumendum, quod in quaestione uerbatur. Est Terull. lib. 4. aduersus Marcionem extremo non legit, in omnibus, quae locuti sunt Propheta, sed, quae locuti sunt uobis, quasi de ipso loquatur Christo.

26. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quia illi ratione dubitabant, eadem ipsorum Christus dicitur habere curabatur, eadem non credebant resurrexerunt, aut verum esse Christum, qui tam ignomi-

Principes quosdam vocat.

Hebraica constructio v. al. 36. 1.

Hebraica significatio summa no credidi.

Vbi quoque scripturatur de Christi.

Quod, 3.

Quae sunt scripturas de Iesu Nazareno.

gnominiosa ab iis, quos liberaturus esset, sublatus esset morte: Christus ea ipsa ratione credere eos docet oportere. Nec enim ea Iudaeorum uia ac potestate, sed sua sponte, diuino consilio, & vt prophetarum impleteret uaticinia, passum fuisse Christum. Quare eo ipso, quod eo mortis genere ad Iudaeis sublatus fuisset, credendum uera fuisset Christum, cum Prophetae ita moriturum fuisse Christum praedixissent. Quod ergo dicit oportuisse, ita intelligendum, oportuisse non absolute, sed posita prophetarum praedictione. Quod addit, & ita intrare in gloriam suam, ideo dicit, vt ipse illis erigat futuri regni, de quo iam desperasse uidebantur. Dixerant enim v. 21. nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Redimere enim Israet erat regnare, & gloria regnum, regiam que significat maiestatem.

27. Et incipient a Moysi, & omnibus prophetis. Totum uetus testamentum Hebraeu more Prophetae uocant, quorum omnium de Christo uaticinia percutuisse, & explanasse, cum dicit Euangelista. Unde colligimus totam scripturam sacram, etiam si id nos minime plerumque animaduertamus, loqui Christum, ut eum in illa, etiam ubi minime uidentur esse, quaerere discamus. Vbi que est, sed alibi apparet, alibi latet. Nos saepe non inuenimus, aut quia non quaerimus, aut quia Iudaeorum more in extremis scripturae uerbis, non in intimis sententiis, ac leuebris querimus.

Interpretatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso fuerunt. Delibans ex iugis scripturae Hebraea, quae de Christo erant illis explicabat, ut uideret omnia in eis, de quo dubitabat conuenire. Quae testimonia est. Erit, ut iam Euangelista declarat: multum nobis in euditionibus accessisset. Nec enim dubito Christum non ea solum testimonia, quae nos de ipso loqui animaduertimus, sed multa etiam praeter ea, quae nos laerant, protulisse. Quod alibi eum fecisse legimus. Quis eum putasset ad Adam & Eua formatione, & 6. ingi indissolubile nexum probaturum: Atqui probabit Mat. 19. 5. Quis probaturum resurrectionem ex illo Exodi testimonio. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob? Atqui probatur Mat. 22. & 23. & supra 20. 37. Nece ipsa, quae ad nos animaduertit, & no uata sunt, opus est hoc loco recitare. Ad Cyprianum in libris ad Quirinum, ad Eusebium in libris de demonstratione, ad librum Properi de praedictionibus leuorem mittimus.

28. Et appropinquauerunt castello, quibant, & ipse finxit se longius ire. Sunt qui castellum hoc, quo dicitur appropinquasse non Emmaum, quo ibant, ut ver. 13. dicitur est, sed aliud quoddam propius Ierusalem fuisse putent: quod, ut dicitur ver. 35. eadem hora surgentes regressi fuerint in Ierusalem, cum uox uicij iam esset, & Emmaus sex. ginta stadijs, ut v. 13. dicit Euangelista, a Ierusalem distaret, quod iter non uideatur pedibus tam breui tempore conosci posse. Sed ijs Emmaus uerbo facile reselluntur. Dixerat enim v. 17. eos esse in castellum u nomine Emmaus: hic autem dicit appropinquasse castello, quibant; quo ibant nisi Emmaus? Distans, quo si sequitur, est ipse finxit se longius ire. Duplex quaestio, cur finxit, & quomodo fingere licuit. Greg. hom. in Euan. 23. Beda in comment. uidentur exitum ita esse finxisse se longius ire, quia adhuc ad castellum peregrinus esse putabatur, quasi digni non essent, vt cum ipsis sub eodem maneret teeto, quia illum tam longo colloquio non agnoscerent. At quae eorum orati culpa, si e ipse formam mutauerat, & eorum mentali tenebantur, ne eum, si maxime uellent, possent agnoscere? Aliam etiam rationem afferunt, quod peregrinus adhuc in eorum esse fide, id est quod nondum ipsum dubitarent esse credentem. Sed id ipso quidem iudicio probari non potest, cum Eu-

angelista, antequam Christus illis scripturas interpretaretur, dubios fuisse indicet; post scripturarum autem explanationem dubitalle non indicet: & ipsi efirmem cor suum in Ierusalem in uia fuisse, cum eis Christus scripturas aperiret, quod sine fide fieri non potuit. Et si non affirmassent, tamen res incerta in meliorem esset parte interpretanda. Credo ergo qua ratione prius mutata forma, oc. ut patet discipulorum oculis cognosci noluerat, eadem nunc longius se ire finxisse, vt se Christum esse dissimularet, quia nondum tempus uenerat, quo se illis decerneret aperire. Tenandi, docendi que adhuc erant. Secunda quaestio est difficilior, quomodo Christo fingere licuerit, cum fictio omnis siue uerbi, siue facti fiat, mendacium esse uideatur: praesertim cum ad iniudicium audienti, aut uidentem falsam sit opinionem, quod hoc loco fecisse uidetur Christus. Quare enim se longius se finxit, nisi ut duo illi discipuli putarent ipsum uere esse peregrinum, cuius speciem non se crederat: id est que longius progredi uoluisse, nondum confecto, quod susceperat, itinere? Tantum hoc opud quosdam argumentum ualuit, vt Christum uere putarent esse mentium, licet que nobis aliquid eius exitum-ple mentiri. In quo errore Pissillianitas fuisse, scribit Augustinus, hoc uictus loco, lib. contra mendacium ad Conuentum c. 13. Fuit & Cassianus auctor Catholicus, & bonus: sed nullum tam pulchrum est corpus, ut uero careat, Christum mentium non esse certum esse dicit: quo modo eius fictio mendacium no fuerit, facilius est credere, quam explicare. Nam in duabus rationibus, quas D. aasser Augustinus, fateor ingenium meum non acquiescere. Vtraque in hac uera uersatur, mendacium non esse, cum non ad fallendum, sed ad aliquid maius significandum aliquid fingimus: quemadmodum parabole, & et si ficta narrationes sunt, mendacia non sunt. Christum ergo ed mentium non fuisse, quia fictione illa sua non fallere discipulos, sed docere, & maius quiddam illis significare uoluit. lib. 2. 99. Euangel. cap. 51. sic scribit, Quid ergo significat, quod se ire Dominum longius finxit? Quid putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suam conuersionem peruenire posse homines inuisitatis, ut cum longius ipse ab hominibus abscesserit super omnes caelos, tamen ita cum eis sit, qui hoc exhibitens seruis eius, vt cum dicere ceperint, Domine quando te uisum hospitem, & adduximus?

29. Quisquis autem uult intelligere illud fingendo, quid praefigurari, attendat quid agendum per fuerit: longius namque postea profectus super omnes caelos non tamen deseruit discipulos suos. Vide lectur, quid libi D. Augustinus uelit, ideo Christum non esse mentium, quia non discipulos fallere, sed aliquid illis maius significare uoluit, aut se in caelum ascendere, aut eos qui hospitales sunt, ituros longius, id est in caelum secum peruenituros esse. In quo illud desidero, vt probaret Christum discipulos noluisse fallere, quod ad purgandum mendacium in primis uidentur esse necessarium. Nam quisquis fingendo aliam fallere conatur, etiam si aliquid praeterea significare uelit, haud dubie mentitur. Alio qui nullam omnino esset mendacium, quod ista ratio defendi non potest. Christus autem uidentur omnibus rebus, & murata corporis sui forma, & impeditis discipulorum oculis, & simulatione longioris professionis eos fallere uoluisse, vt aliam quam erat, esse putarent. Praeterea quod suam Christum longiorem in caelo professionem significare uoluisse nec probatur, nec ad i, quod Gregor. homil. 23. in Euangel. & Beda in comment. tatiis

Quomodo fingere licuit.

Cassi error de mendacit.

Mat. 33. 90.

28. Epl. 4. 8. 10.

An Christus uel discipulos fallere uoluerit.